MISCELLANEA ETYMOLOGICA, GRAMMATICA, CRITICA.

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHILOLOGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI
CONSOCIATA
UNA CUM SENTENTIIS A SE PROPOSITIS
OB SUMMOS
IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE IMPETRATOS
A. MDCCCLVIII. M. AUG. DIE XIV. HORA XI.
PUBLICE DEFENDET SCRIPTOR

FRID. GUIL. GUSTAVUS LEGERLOTZ
PHIL. DOCTOR
SAXO-BORUSSUS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:
AUG. SARAN, CAND. THEOL.
FRID. RICHTER, STUD. THEOL. ET PHILOL.

HALIS SAXONUM
FORMIS EXPRESSUM GEBAUERIO-SCHWETSCHKIANIS.

FRIDERICO WIGGERT

GYMNASII CATHEDR. MAGDEBURG. RECTORI

ET

AUGUSTO FRIDERICO POTT

PROFESSORI HALENSI

PRAECEPTORIBUS

SACRUM.

PRAEFATIO.

Commentationis meae, quae miscellanea etymologica, grammatica, critica continet, circiter quarta tantum pars nunc prodit, quae est de rebus etymologicis; reliqua posterius lucem videbunt.

Scripsi Magdeb. postridie Non. Aug.

Gustavus Legerlotz.

recte Benfey I. p. 88 sq.; nam Aeolica littera ἔϑ-νος instructum fuisse item ex Homerico usu (*Η*, 115; *Λ*, 595; *Μ*, 330; *Ο*, 591; *Ρ*, 114. 581. 680; *κ*, 526; *λ*, 34. 632; de *Λ*, 724 vid. Faesii adnotationem) et ex composito ὁμοεϑνής consequitur. De notione autem cum ἔϑ-νος confero ὄχλ-ο-ς, Aeolic. ὄλχ-ο-ς (cf. κόλχος et κόχλος), Cretic. πόλχ-ο-ς pro *Fόλχ-ο-ς* [3]) = Lat. vulg-u-s, Sscr. varh-a e radice vṛh, quam modo commemoravimus. *Λαός* quoque et nostrum leute e radice 'nata sunt crescere significante (vid. Pott. etymol. forsch. II. p. 272 et 442, Benfey. II. p. 28 sq., Bopp. vgl. gr. I. p. 237 sq. Praeter ἔϑ-νος etiam εὐϑ-ύ-ς a radice *Fεϑ* profectum est, quod proprie idem valet atque ὀρϑ-ό-ς [4]). *Εὐϑ-ύ-ς* ex *Fεϑ-ύ-ς* factum eodem modo quo εὔκηλος ex *Fέκηλος* (Hesych. γέκᾱλον ἥσυχον). Vocis εὐϑ-ύ-ς et formae et notioni tam est vicinum vocabulum ἰϑ-ύ-ς, vix ut inveniantur qui hoc ab illo separandum esse velint. Vocalem ῑ statuo ex ει factam esse ut in ἱμάτιον ab εἶμα ducto et in ἶδος mutilato e σ*F*ῖδος = Sscr. svêda m., Island. sveiti m.. Boeotica dialectus diphthongum ει vel semper in ι longum mutat (vid. Ahrens. de diall. Graec. I. §. 40, 3).

---

3) Ex *Fόλχ-ο-ς* factum est βόλχ-ο-ς, cujus β vi sequentis aspiratae in π mutatum est. Conf. τρίχ-ες in not. 2. et vid. Agath. Benary. Röm. lautl. I. p. 194 sqq., Bopp. vgl. gramm. I. p. 121 sq. et 182 sq. ed. 2, Adalb. Kuhn. zeitschr. für vgl. sprachf. I. p. 179 sqq., 193 sqq. et VII, 66 sqq.

4) Ὀρϑ-ό-ς mutilatum ex *Fορϑ-ό-ς*, *Fορϑ-Fό-ς* prorsus idem est quod Sscr. ûrdᶜ-va-s, in quo syllaba û ex va correpta; vardᶜ-va-s autem a radice vṛdᶜ crescere repetendum. In β prius *F* abiit in *Βορϑαγόρας* = Ὀρϑαγόρας tit. Argiv. corp. inscr. no. 2, in Hesychianis *Βωρϑία*. Ὀρϑία (de qua vid. Odofr. Mueller. Dorer I. p. 381) et βορσόν σταυρόν· Ἠλεῖοι i. e. ὀρϑὸν ξύλον, lignum rectum, ut recte Kusterus; nihil est quod Ahrens. diall. Gr. I. §. 52.

Illud *ει* adhuc servavit adverbium *εἶθαρ*[5]) et Hesychiana glossa *εὐθύ. ἐπ' εὐθείας*. *Ει* vero diphthongus ex *ευ* (*εὐθύς*) profecta mihi videtur ut in *Ζείς* pro *Ζεύς* in numo quodam Syracusano et in *Σείτιμος*, *Σείπομπος* similibusque in Laconicis inscriptionibus recentioribus pro *Σεύτιμος*, *Σεύπομπος* (vid. Ahrens. II. §. 22). Conf. etiam nostrum ereignen, quod ex eräugnen factum esse docet Germanorum veterum araugjan i. e. ante oculos sive in conspectum venire.

Postremo *ἴονθ-ο-ς* (*ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν τριχῶν* Suid.) e radice nostra natum mihi videtur. Quod ad principium hujus vocis attinet, Benfeyo accedo II. p. 338 litteram *ι* vicarium esse rato digammi (cf. *ἰωγ-ή* a radice *Fαγ* frangere; *ἰωρ-ό-ς* a radice *Fορ* videre, unde etiam Hesychii *βῶροι. ὀφθαλμοί*; Hesych. *ἰάριον. πρόβατον, βοῦς = βάριον. πρόβατον* apud eundem; *Ἰάνασσα* *Σ*, 47 = *Fάνασσα* (*Εὐρυβάνασσα* tit. Lacon. 1313)).

Apparet quam mea de vocis *ἔθ-ειρα* origine sententia vocabulo *ἴονθος* comprobetur. De terminatione *ειρα* vid. Kuhn. zeitschr. f. vgl. sprchf. I. p. 374 sqq. et IV. p. 42, Herm. Ebel ibid. IV. p. 332 sqq.

---

5) Hesychius etiam habet *ἶθαρ* (nam ita pro *ἴθαρ* scribendum) *εὐθέως*, *ταχέως*.

2. Ἄναξ rex.

Theodori Benfey de vocabuli *ἄναξ* etymo opinio (II. p. 186) certe falsa est; alia, quae plus habeat veri similitudinis, non mihi innotuit.

Ἄναξ principio a consona quadam orsum esse et ex Homero potest colligi, apud quem *ἄναξ* fere 150ies hiatum efficit, et ex compositis hujusmodi: *παντοάναξ, Πλειστοάναξ* sive *Πλειστῶναξ, Ἱππῶναξ, Πυθῶναξ χειρῶναξ* (vid. Lobeck. ad Phryn. p. 675) et ex syllabico augmento in *ἐάνασσε* Alcae. fr. 53 Ahr. (vid. Ahrens. diall. Gr. I. p. 35). Constat consonam illam digamma fuisse; nam Trypho grammaticus in libro qui inscribitur *πάθη λέξεων* (vid. Mus. crit. Cantabr. I. p. 34) haec habet: *προςτίθεται δὲ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσι καὶ Δωριεῦσι καὶ Λάκωσι καὶ Βοιωτοῖς, οἷον ἄναξ Fάναξ, Ἑλένα Fελένα.* Subscriptor est Dionys. Halic. arch. Rom. I, 20: *Τοῦτο* (sc. *τὸ δίγαμμα*) *δ' ἦν ὥςπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος καὶ Fανήρ καὶ πολλὰ τοιαῦτα.* Praeterea „inscriptio antiquissima in valle Phrygiae Doganlu a Leake anno 1800 reperta et a Fr. Osanno eodem anno illustrata formam praebet *Fανακτει* majusculis literis exaratam" (Jo. Car. Pohl p. 4 commentationis suae de digammate Homericis carminibus restituendo, libell. gymn. cathol. Vratisl. 1854). Atque illud gentis cujusdam nomen, quod apud Herodot. IX, 28 et Pausan. X, 13, 5 *Ἀνακτόριοι*, apud Steph. Byz. p. 92 Mein. *Ἀνακτόριος καὶ Ἀνακτοριεύς* legitur, in columna nuperrime foro Constantinopolitano a Gallico

quodam architecto effosa *Fανακτοριεῖς* scriptum occurrit (vid. Ern. Curtium monatsberichte der Berliner akademie mens. Mart. a. 1856. p. 162—81). Praeterea recentiores duae inscriptiones Creticae c. inscr. n. 2572 et n. 2577 nomen proprium exhibent *Βαναξίβουλος*, recentior inscriptio Laconica n. 1313 nomen proprium *Εὐρυβάνασσα*, Hesychius hanc glossam: *βάννας· βασιλεὺς παρ' Ἰταλιώταις, οἱ δὲ μέγιστος ἄρχων.* Quae postrema tria vocabula *F* in *β* mutarunt. Cum *βάννας* Hesychiano et de duplicata liquida et de littera *ξ* ln *σ* conversa confero *κύλλας. σκύλαξ· Ἠλεῖοι* apud eundem Hesychium, de solo exitu *μάστις. μάστιξ* item apud Hesychium, *πέρις* pro *πέριξ* in inscriptione Boeotica n. 1625, 14 et 58, Doric. *κόις* = Attic. *κόιξ*, Lat. quâ-li-s = Gr. *πη-λίκ-ο-ς*, Slav. vet. ko-lik, Goth. hvê-leik-s.

Apud Paus. IX, 31, 6 et Procl. ad Hesiod. p. 8, 15 Gaisf. ed. Lips. occurrit nomen proprium *Γανύκτωρ*, quod Albertus Giese zwei bücher über den Aeol. dial. p. 186 idem esse atque *Ἀνάκτωρ* statuit. Atque forsitan recte hoc fecerit, quum *α* litteram liquidae *ν* vicinam interdum in *υ* abiisse certum sit (vid. Bopp. vgl. gr. I. p. 17). Quanquam *Γανύ-κτωρ* etiam potest esse compositum (cf. *Γανυ-μήδης* et *Πολύ-κτωρ*). Sine ulla autem adjunctione id probo, quod Giese nomen *Γαναξίων* in inscriptione Boeot. n. 1574, 4 occurrens a Boeckhio *Fαναξίων* scribere conato defendit. Giesii de *Γανύκτωρ* et *Γαναξίων* ea est sententia digammi sonum in *γ* conversum esse. Equidem quanquam minime sum ex iis, qui in *γέαρ, γέτος, γόρτυξ, γοῖνος, γίς, γοίδημι* et quae similia apud Hesychium leguntur (vid. Pohl. §. 12), *Γ* perpetuo errore pro *F* scriptum esse arbitrantur, tamen nego *γ* in *Γαναξίων* ex *F* esse profectum; contra *F* in voce *Fάναξ* e *γ* profectum esse censeo. Quod quo modo factum sit

infra demonstrabitur; qua de caussa autem a Giesio dissentiam illico apparebit. Nominis *ἄναξ* ratio declinandi haec est: *ἄνακτος ἄνακτι ἄνακτα* cet.; sed *ἄνακος ἄνακι ἄνακα* quoque Graecos dixisse ex *ἄνακες* patet, quo nomine *οἱ Διοςκόροι* ab Atticis notantur. Eadem potestate qua *ἄνακες* etiam *ἄνακοι* apud veteres grammaticos legitur et *Ἄνακος* nomen viri cujusdam est (vid. append. anthol. Pal. 116). Adjicio *Ἀνάκια, Ἀνάκειον, Ἀνακαῖος, Ἀνακαία* (vid. Papii lexicon nominum propr. Graec. in vv.), quae omnia littera illa *τ* post *κ* carent. Jam *γάνακο-ς Ϝάνακο-ς ἄνακο-ς* formâ prorsus cum Sscr. ǵanaka-s concinit, intellectu vero ab eo discrepat. Nam ǵanaka-s, quod a ǵan gignere, parere progressum est, genitorem, virum significat. Ex eadem radice nata sunt ǵan-i et ǵan-î genetrix, femina, ǵan-as genus (id quod procreatur); in dialecto Vedica gnâ (e ganâ mutilatum ut xmâ e xamâ) femina. E linguis Sanscritae cognatis haec affero: Zend. gĕn-a = gnâ; Boruss. vet. gann-a-n (acc.) idem; Slav. vet. ṣ̌en-a idem; Lat. gen-o et reduplicatum gi-gn-o, gen-us = ǵan-as, cet.; Goth. qvin-ô (de v post q infra dicetur) = gĕn-a, qvên-s (them. qvên-i) = ǵan-i, kun-i[6]n. genus; Germ. vet. quen-a = qvin-ô, kunn-i sive chunn-i = kuni (de duplicata liquida vid. Kuhn. II. 463); Island. qvân-a qvan qven et kon-a (e kun-a) = qvin-ô. E Graeca lingua huc pertinent *γείνομαι* (e *γέν-jο-μαι* cl. 4), *γέν-ος* = Lat. gen-us et Sscr. ǵan-as, reduplicatum *γί-γν-ο-μαι* (cf. Lat. gi-gn-o), Sicul. *γαν-ά* (vid. Jo. Gr. f. 243 a et Greg.

---

6) Kuni e qvani correptum est, quae syllabae va in u correptio omnibus linguis Indogermanicis nota: Sscr. vas et us̀ luceo, uro; vać dicere, uk-ta-s dictus; vaç velle, uç-mas volumus — Lat. quatere, con-cutere; quojus quoi (quae interdum inveniuntur), cujus cui — Graeca et Germanica exempla supra occurrunt.

Cor. p. 345) = gnâ, Lacon. *γονά* idem (Hesych. *γόναρ. μητέρα· Λάκωνες*, quod in *γονάρ. μητέρας· Λάκ.* restituendum est), Attic. *γυν-ή* idem, Boeot. *βαν-ά* (nam ita mihi Herodiani de hujus vocis accentu praeceptum intellegendum videtur; vid. Ahrens. diall. Gr. I. §. 36, 1). Quod ad Atticam formam attinet, Ahrensio (I. p. 172), Benfeyo (II. p. 168), Aufrechto (Kuhn. ztschr. f. vgl. sprchf. I. p. 129), Kuhnio (ibid. I. p. 282) assentior *γυνή* eodem modo e **γFανή* quo Goth. illud kuni e qvani correptum judicantibus (vid. not. 6). Forma *γFανή* autem sic e *γανή* (— *γανά* Siculorum est —) mihi videtur factum esse ut Goth. qvinô qvêns, Island. qvâna qvan qven, Germ. vet. quena e kinô kêns, kâna kan ken, kena. Consentaneum videtur de hoc supervacaneo v et *F* in qvinô etc. et in *γFανή* aliquid dicere. Haud raro igitur Germanica in lingua gutturales v (w) litteram ex se procrearunt: Sscr. ka-s kâ ka-t (pron. interrog.), Goth. hva-s hvô hva-ta, Island. hve-r hva-t et ho-t (ex hu-t sicuti kona e kuna), Germ. vet. hue-r hua-z — Sscr. ǵîv-a-s vita, Lituan. gyw-a-s vivus, Goth. qviu-s (them. qviv-a) idem — Sscr. ǵṛ conterere, Lituan. gir-na lapis in mola trusatili, Goth. qvair-nu-s, hod. quir-ne. Saepe v (w) littera, sive nativa est sive inserta, antecedentem gutturalem depulit: Germ. vet. hue-r hua-z et we-r wa-z, hod. we-r wa-s — Sscr. çvê-ta-s albus, Goth. hvei-t-s (them. hvei-ta), Anglosax. hvi-t, Germ. vet. wî-z, hod. wei-ss — Goth. qvainôn, Island. qveina et veina, Agls. cvanian et vanian, Germ. vet. weinôn, hod. weinen. Latina quoque in lingua utraque ratio saepissime occurrit: Ved. ki-s, Lat. qui-s — Sscr. ća (kaç-ća), Doric. *κα* (*πό-κα*), Lat. que (quis-que; sed tamen ce in hic-ce) — Sscr. sać, Lituan. sek-u, Lat. sequ-or — Sscr. ah-i-s, Graec. *ἔχ-ι-ς*, Lat. a(n)gu-i-s. Gutturalis a sequente v depulsa est in

vîv-u-s pro guîv-u-s (cf. Goth. qviv-a) = Sscr. ǵîv-a-s. Plura exempla invenies in Boppii vgl. gr. I. p. 109—11. Jam de Graeco *γFανή, unde γυνή correptum esse supra diximus, idem valet quod de Goth. qvinô, qvêns, qvius cet. et de Lat. quis, -que, sequor, anguis; de Boeot. illo βανά, quod sine ullo dubio e Fανά factum est sicuti βάννας e Fάννας, Βαναξίβουλος e Fαναξίβουλος, Εὐρυβάνασσα ex ΕὐρυFάνασσα, idem quod de German. wer waz, wîz, weiss, vanian veina weinôn weinen, et de Lat. vîvus. Non supervacaneum duco ex ipsa Graeca lingua nonnulla alia hujusmodi exempla supponere: καλινδέομαι, κυλινδέομαι correptum e κFαλινδ., ἀλινδέομαι mutilatum e Fαλινδ. — γαῖα, γυία γύα γύης, αἶα — Sscr. ǵîv-a-s, Goth. qviv-a, Graec. βί-ο-ς (cf. Lat. vîv-u-s) — Sscr. gam, Goth. qvim-an, Graec. βαίνειν pro Fάν-jειν cl. 4 (cf. Lat. ven-ire et vid. Kuhn. II. p. 319 sq.) — Sscr. gar-â pabulum, Graec. βορ-ά (cf. Lat. vor-are) — ἀ-γείρ-ω pro ἀ-γέρ-jω cl. 4 i. e. συλλαμβάνω, ἀ-γορ-ά, ἀ-γέλ-η, cum illo υ ἄ-γυρ-ι-ς et ἀ-γύρ-τη-ς (i. e. ὁ τὰ χρήματα ἀγείρων ἑαυτῷ ὀνόματι δαίμονος οἷον Ῥέας Etym. Gud.), γ et F abjectis ἑλ-εῖν — Sscr. gr̥â olfacere et Germ. vet. gor stercus, Graec. ἀνά-γυρ-ι-ς sive ἀνά-γυρ-ο-ς sive ὀνό-γυρ-ο-ς (i. e. φυτόν τι δυςῶδες Hesych.), reduplicatum βόρ-βορ-ο-ς — κίχλη, Doric. κιχήλα, apud Hesychium etiam ἴχλα, ἰχάλη, ἴσκλαι — κινύρομαι, μινύρομαι pro (κ)Fινύρομαι, ἰνύρομαι (Hesych. ἰνύρετο. ἐμύρετο; cf. etiam ἰν(ν)ύεται. κλαίει, ὀδύρεται et ἐννρήσεις. θρηνήσεις et ὀννρίλεται ὀδύρεται apud eundem Hesychium. Radix est καν, quod respondet Latino can-ere) — κόγχνη (Hesych. κόγχναι. αἱ ὄγχναι), ὄγχνη ὄχνη ἀχράς — Thessal. καπάνα (vid. Xenarch. apud Athen. X, 418 e), vulgo ἀπήνη.

Itaque quod ad formam attinet prorsus nihil est, quo vocis ἄναξ cum Sscr. ǵanaka-s comparatio dubia fieri possit:

e *γάνακο-ς* (cf. *Γαναξίων*) factum est *γFάνακο-ς* (cf. *γυνή*), inde *Fάνακο-ς* (cf. *ἄνακοι* et *Ἄνακο-ς*), inde *Fάναξ* [7]) *Fάνακ-ος Fάνακ-ι* (cf. *ἄνακ-ες*), inde *Fάναξ Fάνακτ-ος Fάνακτ-ι* littera *τ* inserta ut in *κτά-ο-μαι* = Alban. ka-m habeo, et in *πτόλ-ι-ς* = *πόλ-ι-ς*, Sscr. pur-î cet. (vid. Bopp. vgl. gr. I. p. 28).

Neque vero notionum maxima, ut primo aspectu videtur, inter ǵanaka-s et *ἄναξ* distantia comparationi illi obstat. Anglicum queen, cujus forma cum Island. qven, Germ. vet. quena femina (proprie genetrix) concinit, nonne significat reginam? Propius etiam ad *ἄναξ* accedit Islandicum kon-r homo generosus, rex, quod non minus e radice gan gignere, parere natum est quam kona femina. Erzeuger, mann, herr, herrscher, könig et gebärerin, frau, herrin, herrscherin, königin — hi sunt significationum quasi gradus, per quos vocabula *ἄναξ*, konr et queen percurrerunt.

Haec mea de voce *ἄναξ* sententia quam maxime comprobatur stirpe *γυναικ* femina, quae apparet in *γυναικ-ός γυναικ-ί γυναῖκ-α* cet. et in *γυναίκ-ιο-ν, γυναικ-άριο-ν, γυναικ-ών, καλλι-γύναιξ*. Quid, si hoc *γυναικ* a forma justum esset femininum vocabuli (*γF*)*άνακο-ς*? Inde idem consequeretur, quod jam ex vocis (*γ*)*άνακο-ς* cum Sscr. ǵanaka-s comparatione collegimus, (*γ*)*άνακο-ς* principio genitorem sive virum significasse. Buttmannus ausführl. Griech. sprachl. I. p. 223 de casibus illis, qui ex *γυναικ* pendent, sic sentit: Diese formen setzen einen nom. *ΓΥΝΑΙΞ* voraus; et ibid. not.***: Ich denke *ΓΥΝΑ-ΙΞ* d. i. weibsbild. Quam ad

---

7) Cf. *φύλακο-ς* et *φύλαξ, θύλακο-ς θυλάκη* et *θῦλαξ*.

opinionem accesserunt Pott. II. p. 45 et Benfey. II. p. 118 vocabulo ἄνθρωπος commoti, quod cum Hartungo mannes aussehen, mannsgesicht habend explicant. Sed etiamsi haec de voce ἄνθρωπος sententia, quae est etiam Jacobi Grimm ursprung der sprache p. 18. not. 1, et Ewaldi aliorumque doctorum hominum, vera esset, quanquam minime hoc est certum (vid. Pottium ipsum I. p. 158 et Aufrechtum in Kuhnii zeitschr. f. vgl. sprchf. III. p. 240 et V. 365), tamen Buttmanniana illa de γυναικ· existimatio non paullum habet offensionis ideo quod radix ἰκ, unde εἴκειν, εἰκών cet., Aeolica littera a fronte instructa fuit. Mea quae sit de stirpe γυναικ sententia supra breviter perstrinxi; nunc latius eam aperiam necesse est. Medium igitur inter γάνακος et ἄνακος fuisse γϜάνακος supra mihi videor demonstrasse. Ex hoc autem γϜάνακος eadem syllabae Ϝα in υ correptione, quae in γυνή occurrit, γύνακος fieri potuit. Jam in lingua Sanscrita et Zendica ad feminina formanda adhibetur littera î (mahat magnus, mahatî magna; kumâra puer, kumârî puella); hoc eodem modo Graece a γύνακος fieret γυνακî. Sed „im Griechischen und Lateinischen, ut Boppii ipsis verbis utamur (vgl. gr. I. §. 119), ist dieses weibliche lange ί für die declination unfähig geworden, und wo es noch spuren zurückgelassen hat, da ist ein späterer, unorganischer zusatz zum träger der casus-endungen geworden. Dieser zusatz ist im Griechischen entweder α oder δ", ante quae longum illud ι plerumque corripitur. Exempla haec sufficient: θεράποντ-ες θεραποντ-ί-δ-ες, φύλακ-ες φυλακ-ί-δ-ες, σύμμαχο-ς συμμαχ-ί-δ-ες — πιερό-ς Πιερ-ί-α (= Sscr. pîvarî), Θρᾷκ-ες Θρᾷσσα pro Θρᾷκ-j-α Θράκ-ι-α; hoc modo ab ἀνακο aut ἀνακ derivatum est ἄνασσα. Non multum a posteriore ratione differunt ea feminina, quae illi ι item vocalem α adjecerunt, ipsum autem ι deinde transposuerunt in anteceden-

tem syllabam: *πιερό-ς Πιερία πίειρα, μέλαν Μελάνια μέλαινα, γενετήρ *γενετέρια γενέτειρα.*

Itaque ex *γυνακί* fieri potuit et *γυνακίς* et *γυνακία* vel *γυνάκια* vel *γύνασσα* et *γύναικα*. En stirps ei simillima, quae in *γυναῖκ-ες γυναίκ-ιο-ν* cet. apparet. *Γυναικ* ex *γυναικα* eodem fere modo factum esse potest quo *ἀνακ* ex *ἀνακο*, *φυλακ* ex *φυλακο*. Atque affert Papius (s. v. *γυνή*) ex Choerobosco nominativum *γύναιξ*. Sed, quanquam nescio unde Choeroboscus hunc nominativum sumpserit (ipsa enim grammatici verba mihi non sunt in manibus), tamen haud ita antiquum eum esse persuasum mihi est; casibus enim obliquis *γυναικ-ός γυναικ-ί* cet. affictus mihi videtur a requirente aptum nominativum sive populo sive grammatico Graeco. Sententia mea de stirpe *γυναικ* haec est: in ea vestigium remansisse ipsius *ἰ* delinati:

γυνακί	*γυνάκj-ες*
γυνακj-ός	*γυνακj-ῶν*
γυνακj-ί	*γυνάκj-ε-σσι*
γυνάκj-α	*γυνάκj-ας*
γυνακί	*γυνάκj-ες.*

Et inde facta sunt sicut *εἰν* ex *ἐνί*, *μέλαινα* e *μέλανjα μελάνια* cet.

γυναίκ	*γυναῖκες*
γυναικός	*γυναικῶν*
γυναικί	*γυναίκεσσι* (*γυναιξί*)
γυναῖκα	*γυναῖκας*
γύναικ	*γυναῖκες* [8]).

8) De diverso in singulis casibus accentu vid. Ahrensium apud Kuhnium III. p. 99 sq., qui bene confert *μία μιᾶς μιᾷ μίαν, ἄγυια ἀγυιᾶς ἀγυιᾷ ἄγυιαν.*

Γυναίκ autem et *γύναικ* in *γυναί* (quae forma nominativi a Graecis lexicographis commemoratur) et *γύναι* mutilata sunt, quum Graeca lingua vocem in litteram *κ* desinere patiatur nullam solis particulis *οὐκ* et *ἐκ* exceptis.

Aliter sed certe falso de stirpis *γυναικ* origine Ahrensius apud Kuhnium III. p. 86 sq. et Benfeyus ibid. vol. VII. fasc. 4 senserunt; recte contra Boppius gloss. Sscr. s. v. ǵanaka et Georg. Curtius apud Kuhnium IV. p. 216 judicaverunt stirpem *γυναικ* Sanscrito *ǵanakî respondere, quod justum foret femininum a masculino illo ǵanaka-s.

---

3. De radice ἀ*F*.

Radix ἀ*F* has vicinas inter se significationes complectitur: halare, loqui, dormire, volare. Halandi et dormiendi significationes inter se vicinas esse patet; itaque Verg. Aen. IX, 326 „toto proflabat pectore somnum;" Propert. I, 3, 7 „mollem spirare quietem;" Theocr. XXIV, 46 „*ὕπνον βαρὺν ἐκφυσῶντες.*" Non minus patet vicinitas notionum halandi et loquendi, clamandi, canendi; Hesychius habet *πνόος. φθόγγος.* Non aeque apparet, quod sit confinium notionum halandi et volandi. Paullo clarius fit ex German. verbis wehen et schweben („die fahnen wehn im winde"). G. Curtius apud Kuhnium I. p. 29: Dieselbe wurzel (sc. ἀ*F*), inquit, scheint - - - - im lat. av-i-s vom wehen in die bedeutung schweben übergegangen zu sein. Dieser übergang der bedeutungen erinnert an die verwandtschaft des deutschen schweben mit ahd. int. swefjan (einschlummern) und skr. svap, d. schlafen, wo ein ähnlicher übergang statt gefunden zu haben scheint.

Ἄ-ω (pro *ἄF-ω-μι* cl. 1) *πνέω*, quod praesens his formis praefigendum est: *ἄε* Apoll. Rh. I, 603; *ἄησι* (conj.) Oppian. Hal. III, 67; *ἄειν. πνεῖν* Hesych.; *ἄετο διέπνει* Hesych. (vid. Lobeck. rhemat. p. 4) — *αὔ-ω* (item pro *ἄF-ω-μι*) dormio apud Nicandrum. Ab *ἄF-ω-μι* derivatum est verbum *ἀF-έ-σκ-ο-μαι* (cf. *ἀρ-έ-σκ-ω* et vid. Buttm. II. p. 60): Hesych. *αἰέσκοντο. ηὐλίζοντο* et *ἀέσκοντο ἀνεπαύοντο, ἐκοιμῶντο*, quorum illud *F* in *ι* mutavit [9]), hoc radicitus evellit. Ab ipsa radice

9) Cf. *ζειά* = Sscr. Zend. yava, *κλεῖος* = Sscr. çravas, *εἵως* = Sscr. yâvat, *τείως* = Sscr. tâvat, *οἰέτης* pro *ὀ-Fέτης*, *εἰοικυῖα*

profecta sunt etiam haud pauca substantiva: Hesych. *ἄ-ος. πνεῦμα*, quod recte mihi Lobeckius rhemat. p. 290 in neutrorum numero retulisse videtur; nam inde composita *ἀκρ-, ἁλι-, δυς-, εὐ-αής* sicut *ἀ-κλεής* a *κλέος, ἐκδεής* a *δέος, ἀ-ειδής* ab *εἶδος, περι-καλλής* a *κάλλος, εὐ-φεγγής* a *φέγγος, ἀκρο-βελής* a *βέλος, δυς-αλγής* ab *ἄλγος* cet. Quod vocalis *α* in *ἀκρ-ᾱης, δυς-ᾱής, εὐ-ᾱής* longa est, id vi evanescentis digammi factum esse persuasum mihi est (cf. *βασιλῆος* e *βᾰσιλέϜος, χαλκήιος* e *χαλκέϜιος* a *χαλκεύς, κληηδών* e *κλεϜηδών, πατρώιος* et *μητρώιος* e *πατρόϜιος* et *μητρόϜιος, ἠείδης* ex *ἐϜείδης* cet.). Dentalis *δ* in digammi locum successit his formis, quas omnes nobis suppeditat Hesychius: *εὐαδές. εὔπνουν; εὐάδης* (scr. *εὐαδής*) *εὐήνεμος, οἱ δὲ εὐάης* (scr. *εὐαής*); *περιαδεῖς. περίῤῥυτοι, περίπνοοι.* Quae mutatio quanquam rarissime facta est, tamen facta est, ut comprobatur his vocabulis apud eundem Hesychium occurentibus: *γοδᾶν. κλαίειν· Κύπριοι* (i. e. *γοᾶν γοϜᾶν*); *γοδόν. γόητα*[10]); *λαίδιον. ἀριστερόν, εὐώνυμον* (i. e. *λαίϜιον*, quod a *λαιός λαιϜός* = Lat. laevus, Slav. vet. ljev eodem modo derivatum videtur quo *ὄρθιος* ab *ὀρθός, φίλιος* a *φίλος, καθάριος* a *καθαρός, ἐλευθέριος* ab *ἐλεύθερος*). Haud inepte mihi videor sentire, si litteram *β* statuo in illis vocibus inter *Ϝ* et *δ* intercessisse; nam et *Ϝ* saepissime in *β* abiisse constat et haud raro *β* et *δ* vices suas permutasse: Att. et Jon. *ὀβελός*, Aeol. et Dor. *ὀδελός; σάνδαλα*, Sapph. fr. 49, 2 Ahr. *σάμβαλα*; Etym.

---

pro *ϜεϜοικυῖα, πνοιή* pro *πνοϜή, λείουσι* por *λέϜουσι, ἐνδειής* pro *ἐνδεϜής* cet.

10) De radice *γοϜ* vel potius *γυ* vid. Aufrechtum apud Kuhnium I. p. 199 sq.

M. 200, 27 *βλήρ Αἰολικῶς τὸ δέλεαρ. οἱ Αἰολεῖς τὸ δ εἰς β τρέπουσι, τοὺς γὰρ δελφῖνας βελφῖνάς φασι καὶ τοὺς Δελφούς Βελφούς.* — Praeter *ἄ–ος* ab *ἀF* progressum est substant. *ἄ–ήρ ἄ–έρ–ος* m. f. *πνοή*, halitus, flatus. Vocem *ἄ–ήρ F* habuisse inter *α* et *η* diserta grammaticorum testimonia sunt: schol. in Pind. Pyth. II, 52 *ἐκεῖνοι γὰρ* (sc. Aeoles), *ἐὰν ὦσι δύο φωνήεντα, μεταξὺ ἐντιθέασι τὸ υ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀήρ ἀυήρ* (sic! unde licet colligere „digamma in hoc non esse in *υ* vere mutatum sed pronunciatione non mutata *υ* pro *F* scriptum esse“); Tzetz. ad Hesiod. opp. et d. 664 *οἱ Αἰολεῖς μετὰ α ἂν ᾖ φωνῆεν, προστιθέασι τὸ υ, οἷον ἀήρ αὐήρ*; Jo. Gr. f. 244 *α προστιθέασι* (scil. Aeoles) *τῷ α τὸ υ, ἀήρ αὐήρ*; cf. etiam Etym. Gud. p. 93, 55. De longo *α* in *ἄ–ήρ* idem valet quod supra de *ἀκρ–, δυς–, εὐ–ᾱής* dixi. — Praeter *ἀF–ήρ ἀF–έρος πνοή* etiam nomen *ἀF–ήρ ἀF–ῆρ–ος* cantor in Graeco sermone videtur fuisse; nam apud Hesychium legitur *ἀβηροῦσιν. ᾄδουσιν* et *ἀβήρει* (scr. *ἀβηρεῖ*) *ᾄδει*. His adjungam glossam *αὐῆλαι. ᾆσαι*, ex qua emergit praesens *αὐάλλω* cano, proprie = *ἀβηρέω* cantor sum. Nam derivatum mihi videtur a nomine quodam *αὐ–α–λό–ς ἀF–α–λό–ς* cantor. Ab hoc *ἀF–α–λό–ς* id solum differt, quod vocalis intercessionem rejiciens ipsi radici terminationem adjunxit, vox *ἀυ–λό–ς* tibia i. e. fistula quae inflatur. Nisi genere ab eodem *ἀF–α–λό–ς* fere nihil discrepat *ἄελλα* ventus, procella, etiam vox (Etym. M. *ἄελλαί· φωναί παρὰ Σοφοκλεῖ*); est enim ex *ἀF–ε–λj–α ἀF–ε–λί* (vid. p. 16) factum, ut docet Hesych. *ἀείλη πνοή* (cf. *θύελλα* ex *θυ–ε–λj–α θυ–ε–λί*). Digammi vestigium apparet in *αὔελλαι*; „in Hesychii enim codice est *ανεοῦλλαι ἄελλαι π ἄκλ* (with superscript *ε* over *π* and *ω* over *κλ*), unde Musurus vulgatam lectionem finxit *αὔελλαι ἄελλαι παρὰ τὸ ἄελλαι*. Rectius

scripseris *αὔελλαι ἄελλαι παρὰ Ἀλκαίῳ“* (Ahrens. diall. Gr. II. p. 503). — *Οὖ-ρο-ς* quoque huc referendum est, si principio omnino ventum [11]) significavit, quae est Benfeyi (I. p. 265) et Boppii (gl. Sscr. p. 314, 2) sententia, quae locutione *ᾠὸν οὔρινον* (cf. *ᾠὸν ὑπηνέμιον* et nostrum windei) videtur comprobari; aliter Pottius I. p. 123.

Notionem dormiendi habent *ἄ-ωρο-ς* (Sapph. in Etym. M.), unde per contractionem *ὦρο-ς* (Callim. fr. 150), et *εὐ-νή*; nam *ἄ-ωρο-ς* sive *ὦρο-ς* [12]), quam vocem jam Pottius I. p. 123 et Buttmannus in lexil. II. p. 21 ad nostram radicem retulerunt, significat somnum, *εὐ-νή* locum ubi dormiunt. [13]) — Clamandi significatio invenitur in *ἄβ-α (τροχὸς ἤ) βοή* et in *αὔ-α ἡ φωνή* apud Hesychium. [14]). Ab *ἄF-α* clamor (— nam haec est forma, unde et *ἄβ-α* et *αὔ-α* factum; illud Laconicum erit, hoc Aeolicum —) derivatum est **ἀFάω* clamo, quod conversum est in *ἀFύω* [15]) (— *ἀFυτάν* legitur in

11) Sed *εὖ-ρο-ς* et *αὔ-ρα* ab *οὖ-ρο-ς* segreganda sunt, quum proprie subsolanum et ventum matutinum significent, ut ex confinibus formis apud Hesychium occurentibus cognovi.

12) Cf. *κνέ-ωρο-ς, φάγ-ωρο-ς, θαλπ-ωρό-ς, ἐλπ-ωρά*; vid. Buttmann. II. p. 406 sq.

13) Cf. *θρό-νο-ς* et *θρᾶ-νο-ς* i. e. locus ubi sedent, a verbo *θρή-σασθαι*. Vid. Pott. II. p. 287.

14) Apud Hesychium etiam legitur *ἄβωρ βοὴ ὡς Λάκωνες*, quod Lobeck. rhem. p. 11 et 253 suspectum non habet. Sed Athrensio (diall. Gr. II. p. 49) et Maur. Schmidtio assentior *ἀβώρ ἠώς Λάκωνες* scribendum esse judicantibus.

15) Quod *α* in *υ* abiit, labialis *F* est causa; cf. *βύρμαξ* (Hesych.), *μυρμηξ, μύρμος* = Sscr. vamraka, vamra; *ἀFυ(-το)* i. e. *αὐ(-τοῦ)* in inscriptione Jon. n. 10 = Zend. et Pers. vet. ava, Slav. vet. *ovo* (vid. Benfey. I. p. 281).

inscriptione Corcyr. ab Jo. Franzio archaeol. zeit. IV tab. 48 et Guil. Vischero Rhein. mus. IX. p. 383 edita —) ἀύω, αὔω. — E radice ἀF et duplici terminatione conformata sunt ἄ-ετ-μα (Etym. M. ἄετμα φλοξ, οἱ δὲ τὸ πνεῦμα), ἀ-ετ-μό-ς (Hesych. ἀετμόν πνεῦμα) ἀ-υτ-μήν, ἀ-υτ-μή (ex ἀF-ατ-μήν, ἀF-ατ-μή sicut ἀύω ex ἀFάω), ἆτμα (Hesych. ἄτματα καθάρματα, proprie ἀναθυμιάσεις, vapor, fumus, fuligo), ἀτμό-ς, ἀτμή, ἀτμί-ς ἀτμιδ-ος (contracta ex ἄ-ετ-μα, ἀ-ετ-μό-ς, ἀ-ετ-μή, ἀ-ετ-μί-ς). Ab horum societate ne sejungam ἀτμήν sive ἄτμενο-ς servus, ἀτμενίς serva, me admonet Hesychianum ποιπνυός θεράπων. Contractionem haec vocabula revera passa esse haud scio an vincat Λατμενεία δουλεία apud Hesychium; quid, si hoc esset pro Αατμενεία? Constat Hesychium litteras inter se consimiles ut ΛΑΔ, ΟΘ, FT saepius confundisse.

Vox ἄF-ι-ς quoque cum duplici significatione: ventus sive aër et avis (cf. Sscr. av-i aër, a abjecto v-i aër, ales; Lat. av-i-s ales; vid. Benfey. I. p. 19) in Graeca lingua videtur fuisse. In Sanscrito enim sermone occurrunt haec duo composita: vi-yat nubes, vi-yati avis, proprie „per aërem iens."[16]) Jam voci viyati, quod est mutilatum ex aviyati, Graeco responderet ἀFι-jετι-ς, j ejecto ἀFι-ετι-ς, unde αἰFετι-ς fieri potuit eodem modo quo εἰν ex ἐνί etc. (vid. p. 17). Ab hoc autem αἰFετι-ς terminatione solum differt Pergaeorum αἰβετό-ς

16) Cui non in mentem venit Schilleri nostri versus notissimus „Eilende wolken, segler der lüfte" —? — Sscr. vihanga (avis) quoque proprie significat „per aërem iens"; nam est compositum ex viha aër et ga ire.

aquila: Hesych. *αἴβετός ἀετός Περγαῖοι*; Etym. M. p. 28, 7 *αἴβετός αἰετός Περγαῖοι*. Ex *αἰFετό-ς* factum est poetarum epicorum tragicorumque *αἰετό-ς*, inde * *ἀjετό-ς* inde *ἀετό-ς* (cf. Benfey. I. p. 19—21). Vocabulum igitur *ἀετό-ς* proprie significat omnino avem. [17]) Dixi Graecum *ἄF-ι-ς*, quod ex composito *ἀετό-ς* licet colligere, praeter aërem etiam avem significasse. Consequitur enim hoc ex *ᾠόν* ovum. In Sanscrita lingua âvy-a-m n. (ab * av-i = Lat. av-i-s) foret *τὸ ἐξ ὄρνιθος*, *τὸ ὀρνίθειον* i. e. ovum; cui âvy-a-m Graece responderet *ἀFjον* sive *ἠFjον* sive *ὠFjον*. Ab hoc *ὠFjον* autem non est diversum neque *ὤβεα τὰ ᾠά Ἀργεῖοι* (Hesych.) neque *ὤεον* (Epicharm. fr. 113, Ibyc. fr. 15, Nicand. Ther. 192), quum *j* haud raro in *ε* abiisse constet: *κενεό-ς* = Sscr. çûnya, *ἐτεό-ς* = Sscr. satya, *ἀδελφεό-ς* = Sscr. sagarbʻya. Quam vera sit haec de vocalis *ε* in *ὤβεα*, *ὤεον* origine sententia apparet e formis *ὤιον* (Sapph. apud Athen. II. p. 57 D), *ᾠόν* (vid. Jacobs. in anthol. Palat. 723), *ὠόν*, clarius etiam ex hodiernorum Graecorum *αὐγόν* et *αὐγό*, in quibus *γ* est pro *j* ut saepius. Vid. Benfeyum I. p. 22, Georg. Curtium apud Kuhn. VI. p. 231 sq., D. J. Maurophrydem ibid. vol. VII. fasc. 2. — Benfeyo consentio I. p. 21 vocem *οἰωνός* quoque ad radicem *ἀF* referenti, etiamsi de forma aliter licet sentire. Benfeyus enim ex *ὀFιjωνός* putat esse profectum sicut *αἰετός* ex *ἀFιjετός*. Sanscrite hoc *ὀFιjωνός* sonaret aviyâna-s, quod Benfeyo videtur compositum esse ex

---

17) Sscr. viyaććârin (vultur) quoque et Lat. passer proprie omnino avem significant; nam illud compositum est ex viyat nubes et ćar ire (wolkenwandrer), passer autem, quod factum e patter sicut quassum e quattum, missum e mittum, natum est e radice pat = Sscr. pat (unde pat-at avis), Graec. *πέτ-ε-σθαι* volare.

av-i aër et yâna, quod participium medii est verbi yâ ire ut yat in avi-yat et avi-yati participium activi. Sed *οἰωνός* etiam ex *ὀF-ωνό-ς* factum esse potest (vid. not. 9), quod foret partic. med. verbi * *ὄF-ω-μι* = *ἄF-ω-μι* volo. — Apud Hesychium legitur *ἀγόρ ἀετός Κύπριοι*; estne hoc ex * *ἀF-ό-ς* (proprie avis) progressum? Exempla digammi in *γ* mutati haud pauca praebet Pohlius p. 23 sq. Sed non neglegendum est, ut Sopingius, Bochartus, Albertus monuerunt, Hebraicum עָגוּר (Jerem. VIII, 7) hirundo, proprie „gyrans, in orbem volans" (a radice עָגַר), praesertim quum Cyprium esse vocabulum *ἀγόρ* Hesychius testetur.

Ab *ἄF-ω(-μι)* proprie non differt *ἄF-η-μι* (*ἄησι, ἄητον, ἀεῖσι* vel *ἄεισι, ἄη, ἀήμεναι* vel *ἀῆναι, ἀέντες, ἄηται, ἄητο, ἀήμενος*: vid. Papium in v. *ἄημι*; Hesych. *κατ-αήσεται καταπνεύσει*) halo. Inde derivata sunt *ἄημα, ἄησις, ἀήτης, ἀήτη* sive *αἰήτη* (Hesych. *αἶηται· ἄνεμοι*) cum *ι* pro *F*. Loquendi quoque et canendi significationem verbum *ἄ-η-μι* complexum esse ex *κατ-άηται· καταλελάληται* apud Hesychium et ex *ἀF-η-δών* (Hesychius *ἀβηδόνα· ἀηδόνα*), *F* ejecto *ἀ-η-δών* [18]) luscinia, proprie cantrix. Solent vocem *ἀ-η-δών* ab *ἀείδω* repetere, obstat autem vocalis *η*. Ab *ἀF-ή-τη-ς* sive ab *ἀF-ή-τη* halitus profectum est *ἀFητάω* halo (Hesych. *αὐήτων ἔπνηον*, quod sine dubio cum Sopingio, Is. Vossio, Henr. Stephano in *ἔπνεον* mutandum), neque minus *ἀητέομαι* volo (Arat. 523), unde collegerim *ἀήτης, ἀήτη* olim avem quoque significasse. His adjungam *ἀωτέω* dormio (cf. Buttmann. lexil. II. p. 432 sq.), quod item verbum denominativum

---

18) De terminatione *δών* vid. Benfey. apud Kuhn. II. p. 230.

est, unde emergit nomen *ἄ-ώτη-ς dormitor (cf. Buttmann. lexil. II. p. 21).

Praeter ἄF-ω(-μι) et ἄF-η-μι etiam occurrunt ἀάζω (pro ἀF-άjω-μι, cl. 4) exspiro et ἀίω (pro ἄF-jω-μι, item cl. 4) exspiro, dormio. Praesens ἀίω non ipsum legitur, sed solum imperfectum: *O*, 252 ἄ̄ιον (de longe α vid. p. 20) exspirabam, Hesych. ἄιες (ἐπύθου,) ἐκοιμήθης. Ab ἀίω profecta sunt ἀίτα. πνοήν Hesych. (quod aut in ἀίταν. πνοήν aut in ἀίτα. πνοή mutandum est) et ἀίσθω exspiro (cf. αἴσθομαι sive αἰσθάνομαι, ὀλισθάνω, βιβάσθων), ab ἀίσθω vicissim ἆσθμα (pro ᾄσθμα, ἄισθμα) anhelitus, ab hoc ἀσθμαίνω (pro ἀσθμάνjω) et ἀσθμάζω (pro ἀσθμάτjω).

Supra αὔω dormio occurrit; eadem vi multo saepius legitur ἰαύω. De ι, a quo hoc verbum orditur, recte mihi judicare videtur Georg. Curtius Griech. schulgramm. p. 164, 17 ed. 2 et apud Kuhn. I. p. 29, ἰαύω ex ἰF-άF-ω(-μι) mutilatum esse arbitrans, quod in reduplicatorum verborum numerum referendum esse. Aoristus plane justus est ἄ-ε-σα (ἄεσα, ἀέσαμεν, ἄεσαν, ἀέσαι, ἄσαμεν contractum ex ἀέσαμεν: vid. Papium in v. ἄεσα; Hesych. κατ-αέσσας· κατακοιμηθείς) pro ἄF-ε-σα, quum reduplicatio aliis temporibus praeter praesens et imperfectum conveniat nullis (ὀν-ίν-η-μι, ὀν-ή-σω; δί-δω-μι, ἕ-δω-κα; ἵ-στη-μι pro σί-στη-μι, ἕ-στη-ν, cet.). Itaque recte G. Curtius: „Man könnte geradezu daher ein verbum ἰαύω aor. ἄεσα zusammenstellen.“ De vocali ε inter radicem et terminationem inserta cum ἀF-έ-σαι, ἀ-έ-σαι conferri potest ἀρ-έ-σαι et quae sunt similia. Ex ἰF-άF-ω dormio, proprie halo, factum est ἰάFω (cf. ἰαύω), inde jάFω, inde ζάFω (cfr. ζυγόν = Lat. jugum, Sscr. yuga-m; ζέα ζειά = Sscr. yava; δαμάζω(μι) = Sscr. dam-ayâ-mi,

cet.), inde *ζάω: ζάει. βινεῖ καὶ πνεῖ· Κύπριοι* Hesych., *ζαέντες· πνέοντες* id., *ζᾱής*, quod Hesychius interpretatur *μεγάλως πνέων, πολύπνους*. De longo *α* in *ζᾱής* vid. p. 20; brevis vocalis apparet in *ζόης· ἰσχυρός ἢ σφοδρῶς πνέων* Hesych. Apud eundem inter *εὐετηρία* et *εὔζηλος* legitur *εὐῶδες. εὔυπνον, εὐήνεμον*, quod haud male mihi videor in *εὐζαδές· εὔυπνον* (*εὔπνουν*?), *εὐήνεμον* mutare, nam *εὐζαδές* ex *εὐζαFές* factum foret sicut *εὐαδές εὐαδής* ex *εὐαFές εὐαFής, περιαδεῖς* e *περιαFεῖς* (vid. p. 20). Ne paullum quidem dubito asseverare idem atque *ζάFω ζάω* halo esse *ζάω*, Jon. *ζόω* vivo, quum hoc quoque digammo instructum fuisse certissimum sit. Primum enim Hesychius hunc articulum exhibet: *ζούιον ἢ ζοῦον θηρίον ἢ ἐρυσίπελος*, deinde vocalis *ω* in *ζωός* = *ζοός*, *ζωή* = *ζόη*, *ζώιον* (Simonid. in Etym. M. p. 413, 23 et scholl. ad Il. *Σ*, 407) = *ζούιον, ζῶον* = *ζοῦον, ζώω* = *ζάω ζόω* sine dubio ex *αυ* sive *ου* profecta est sicut in Doric. *βῶς* et Lat. bôs = Attic. *βοῦς*, Sscr. gaus, in Doric. *ὦας* = Jon. *οὖας*, Lat. auris, in *πλώω* = **πλεύω* (*πλεύσομαι*), Sscr. plav-â-mi, in *Εὐ–ρώ–τα–ς* = **εὐ–ρεύ–τη–ς* (cf. *ἐυῤῥεί–τη–ς*) a **ῥεύω* (*ῥεύ–σομαι*). Itaque liquet Pottium (I. p. 265), Benfeyum (I. p. 684), Boppium (gloss. Sscr. p. 140, 1) haud recte *ζάειν* vivere cum Sscr. gîv idem valente comparasse. Haud pauci viri docti eam habent opinionem pro *ζῶον* proprie *ζῷον* scribendum esse. Sed quanquam *ζῶον* in inscriptione Theraea n. 2448 I, 12 optimisque codicibus (vid. Bast. epist. crit. p. 82 et Jacobs. ad anthol. Pal. III. p. 8) legitur atque Hesychiano illo *ζοῦον* et Simonideo *ζώιον* [19])

---

19) Etym. M. p. 413, 13 *ζῴδιον σὺν τῷ ι, ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν — Ἄρατος· ζωΐδιον δέ ἑ κύκλον ἐπίκλησιν καλέουσιν·*

comprabatur, tamen ζῶον quoque recte se habere e ζωός, ζωή, ζοῦον, ζοός, ζόη colligi potest. Ζούιον, ζώιον, ζῷον ad ζοῦον, ζῶον eandem habent relationem quam ὄρθιος ad ὀρθός, φίλιος ad φίλος, δευτάτιος ad δεύτατος, ἐσχάτιος ad ἔσχατος. — E ζάFω halo in Aeolica dialecto δάFω, δαύω fieri potuit (cf. Boeot. δυγόν = Att. ζυγόν; Boeot. Δεύς = Att. Ζεύς; Boeot. ῥέδδω, σαλπίδδω = Att. ῥέζω, σαλπίζω. Vid. Ahrens. diall. Gr. I. §. 37, 1—2). Et revera factum est; nam Etym. M. p. 250, 10 haec leguntur: δαύω τὸ κοιμῶμαι — Σαπφώ· Δαύοις ἁπαλᾶς ἑτάρας ἐν στήθεσσιν· λέγει δὲ Ἡρωδιανός, ὅτι ἅπαξ ἡ λέξις παρὰ Σαπφοῖ; atque Hesychius haec nobis suppeditat: δαύειν· κοιμᾶσθαι — ἔδαυσεν· ἐκοιμήθη — ἀδαυῶς· ἐγρηγόρως, pro quo ἀδαύως· ἐγρηγορότως scribendum mihi videtur.

Verbum ἰF-άF-ω(-μι) halo, vivo, dormio triplici igitur forma in Graeca lingua apparet: ἰαύω, ζάω, δαύω.

De linguis Graecae cognatis videndi sunt Pottius I. p. 196, Benfeyus I. p. 19—22 et 262—266, Boppius gl. Sscr. p. 314, 2. Benfeyo consentio Sscr. vâmi halo ex av-â-mi (cf. ἄ-η-μι), Lat. ventus ex av-ent-u-s, Goth. vaia halo et vinds ventus ex av-aja (cf. ἀάζω) et av-ind-s mutilata esse arbitranti. Itaque in his quoque vocibus, de quibus hoc tertio capite disputavimus, pleniorem radicis formam Graeca lingua servavit sicut in

---

ἢ ἐπειδή ἐστι ζῷον ζῴου, ὅπερ ἔχει προςγεγραμμένον τὸ ι. γράφεται (scil. ζῶον) δὲ μετὰ τοῦ ι, ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ, οἷον Τόδ' ἡμῖν ἑρπετόν παρέπτατο ζώιον κάκιστον.

ὀδ–οντ, Lesb. *ἐδ–οντ* (vid. Ahrens. diall. Gr. I. p. 80 not. 9) = Lat. d-ent, Sscr. d-ant-a, Lituan. d-ant-i, Goth. t-unth-u. Nam haec profecta sunt a Sscr. ad-mi, Lituan. ed-mi, Graec. *ἔδ–ω*, Lat. ed-o, Goth. it-a (vid. Pott. I. p. 242).

---

4. *Αἴας.*

„Inter vascula a Raoul-Rochettio in monum. ined. del instit. archaeol. Romae a. 1835 publici juris facta tom. II. ***ΑἴϜας*** nomen herois tab. VIII. a dextera, tab. IX. a sinistra legitur. Idem nomen jam Eckhelius (tom. IV. p. 388) in gemmis invenerat utroque modo scriptum. Vid. Caylus Recueil d'antiq. IV. tab. 31" (Savelsberg de digammo ejusque immutationibus dissertatio p. 7 libell. gymn. Aach. a. 1854); vid. etiam Abeken in annal. dell' instit. di corr. arch. vol. VIII, 2. — ***ΑἴϜας*** (them. ***ΑἰϜαντ***) idem mihi videtur esse quod Vedic. êva, quum, si quid video, terminatio va semper ex vant mutilata sit. Vocabulum ê-va a radice i = Lat. i-re, Gr. ***ἰ–έναι,*** Slav. vet. i-ti (vid. Pott. I. p. 201) profectum, si est adjectivum, significat „iens, festinans, praeceps", si substantivum, „cursus." ***Αἴ–Ϝας*** igitur fere idem est quod ***Σαρπ–η–δών*** (a radice *σαρπ* = Sscr. sṛp ire, Lat. serp-ere [20]): vid. Benfey. apud Kuhn. II. p. 230) et quod Lat. Cursor. Ad stirpem ***αἰ–Ϝαντ*** etiam revocanda sunt ***Αἰ–βάτ–ιο–ς*** i. e. Ajacis filius, ***Αἴ–ατ–ο–ς, Αἰ–αν–ό–ς, Αἰ–άν–η–ς,*** neque minus, ut Kuhnius II. p. 232—35 arguit, ***αἰ–ών, αἰ–ές*** et ***αἰ–εί*** (inscr. Criss. n. 1 ***αἰ-Ϝεί***), Lat. ae-vu-m, Goth. ai-v-s (them. ai-va), Sscr. ây-us cet. [21])

---

20) Graece etiam *ἕρπ-ειν* (pro *σέρπ-ειν*) cum eadem vi atque Lat. serp-ere.

21) Aliter de nomine ***ΑἴϜας*** Pottius apud Kuhn. VII. 263 sq.

SCRIPTORIS VITA.

Natus sum ego Fridericus Guilelmus Gustavus Legerlotz anno hujus saeculi XXXII. a. d. V. Cal. Jun. Genthini, in oppidulo inter Berolinum et Magdeburgum sito, patre Christophoro, quem praematura mors mihi eripuit, matre Joanna e gente Weinhardt, qua superstite magnopere laetor. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis in domestica schola imbutus vere anni XLVI a vitrico Benjam. Theophilo Jung, qui ad mercaturam me destinaverat, in scholam mercatoriam Magdeburgensem auspiciis directoris Ledebur tunc florentem commissus sum superioresque quatuor classes per totidem annos frequentavi. Atque ab illo Ledebur, viro fervidissimo et facundissimo, litterarum tanto studio incensus sum, ut mercaturae cum philologia commutandae consilium caperem. Quum tamen neque Latine neque Graece scirem, non extemplo gymnasium adire potui. Itaque privatorum praeceptorum de his linguis institutione per duodeviginti menses usus sum, post quod tempus sum receptus in primam classem gymnasii cathedralis Magdeburgensis, cujus director cel. Wiggert summo me doctrinae grammatices comparativae amore implevit. Duobus annis post maturitatis testimonio instructus in academiam Halensem migravi, ubi per duo semestria hisce lectionibus interfui:

Bernhardy disciplina et argumenta studiorum philologicorum.

Id. institutio artis grammaticae Graecae.

Id. Aristoph. equites.

Id. Platon. civitas.

Pott introductio universalis in studium linguarum.
Id. lingua Sanscrita.
Id. comparatio linguae Gothicae et Theotiscae veteris cum Graeca et Latina.
Id. de linguarum Romanarum origine ex Latina matre.
Leo lingua Islandica.
Hupfeld Genesis.
Leo historia recentior.
Id. de rerum Franco-Gallicarum perturbatione a. 1789 sqq.
Erdmann historia philosophiae inde a Kantio usque ad hoc tempus.
Prutz de Goethii vita et scriptis.
Ulrici historia artium aevi Christiani.
Haym historia paedagogices.

Hieme anni XLIV academiam Berolinensem petii, ubi per biennium his lectionibus interfui:
Trendelenburg logice.
Id. psychologia.
George philosophia naturalis.
Gruppe historia philosophiae Graecae.
Massmann exercitationes in legendis codicibus et documentis.
Boeckh ars metrorum.
Geppert Aeschyl. Orestéa.
E. Curtius Sophocl. Electra.
Haupt Tacit. Germania.
Id. Propertii elegiae.
Id. elementa grammaticae Theotiscae.
Id. Wolframi ab Eschenb. Parcival.
Weber grammatica Sanscrita.
Id. Kalidâsae Malavikâ et Agnimitra.
Lepsius grammatica hieroglyphica.
Id. de vita et institutis Aegyptiorum.
Id. de monumentis Aegyptiorum.
Brugsch de monumentis Aegyptiacis quae in museo Berolin. asservantur.
Id. de selectis inscriptionibus hieroglyphicis.
Id. de selectis capitibus libri mortuorum veterum Aegyptiorum.

Brugsch Herodot. lib. II.
Schott lingua Sinica.

Praeterea seminarii philologici, cui praeerant Boeckh et Haupt, per duo semestria fui sodalis extraordinarius.

Hieme anni LVI domum reversus apud meos usque ad mensem Maj. hujus anni commemoratus sum. Atque totum hoc tempus in eo contrivi, ut ad examina me praepararem et nonnullas scriberem commentatiunculas de rebus grammaticis, quarum pars prodiit in volumine VII ephemeridis, quae ab Adalberto Kuhn editur. Maxime vero eodem tempore circa quaestiones, quae sunt de Graecae linguae elementis, versatus sum. Stat mihi et jam coepi scribere de Graecae linguae odio in litteras spirantes. Primum volumen, quod nuper consummavi, est de digammo, secundum erit de littera σ, tertium de littera *j*.

Pridie Id. Maj. commentatione exhibita et examine rigoroso perfuncto gradum doctoris phil. et art. lib. magistri Halis adeptus munus praeceptoris in gymnasio cathedr. Magdeburgensi suscepi.

SENTENTIAE.

I. Apud Hesychium pro ἔϱβως εὔϱως scribendum est ἔϱβως εὐϱώς.

II. Ἄανθα sive ἀάνθα εἶδος ἐνωτίου, quod Hesychius et Zonaras Alcmani poetae tribuunt, in ἀάνθια mutandum est.

III. Epicae quae dicuntur productio et geminatio sunt nullae.